Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2701

Quelle:
Copyright:

tius e Sermone, et potiſſimum Autoritates PP. Praeter *Wiclef-fum* impugnatur hic etiam *Tractatus de Corpore Chriſti* cujusdam *Stamkonis* (Zdenkonis de Labun?) et *Joh. Huſſi*, unde neceſſe eſt, *Styeknam* noſtrum diverſum eſſe a *Conrado Styekna* ſeu *de Steken de Auſtria*, qui celebratur in *Balbini Boh. docta P.* II. p. 181. aut tardius diem obiiſſe, quam ibi duce quidem *Ben. Weitmilblio* ſtatuatur.

Fol. 139. Tractatus boh. ſcriptus de Officio permanendi in unione et obedientia Rom. Eccleſiae. Idem, qui *Cod.* XCIII. *n.* 15. relatus.

Fol. 152. *Simonis de Tiſſnow* Theologiae Baccalaurei Epiſtola boh. ſcripta, qua docere conatur, varias in Eccleſia Chriſti mutationes ejusdem Eccleſiae autoritate inductas veritati Fidei non obeſſe &c. Initium: *Miloſt apokoy pana boha a ſgednanye* &c. Ad calcem: *Scriptum Anno domini 1457.* Et: *Iſtam Copiam prage ad ſanctum Spiritum in antiqua Ciuitate Anno domini 1459. feria 3. ante feſtum Sancti Thome de Aquino et illo die eciam eſt feſtum felicitatis* (et) *perpetue prope meridiem finiui.* Neque prior Annus compoſitae, ſed deſcriptae Epiſtolae eſſe videtur; niſi dicas *Simonem* ad extremam ſenectutem perveniſſe, qui jam a. 1409. Academiae *Prag.* Rector datus fuit. Adtigi eum alias, ut *Index* teſtatur.

Fol. 154. p. 2. Aliud Scriptum bohemicum tacito Autore, quo oſtenditur, Sacrae Coenae ſub una ſpecie ſumtionem ad ſalutem ſufficere. Incipit: *Wywoleny Zproknow S. Dauid* &c. Ad calcem: *Copiatum in Milewſo feria 6 in die viti Anno domini 1459 exeunte Anno Embolismali Quamquam pro intervallo currente litera dominicali g et fuit Annus mirabilis quia usque feſtum S. viti ſemper fuit frigus.* Additur bohemice et hoc primum tempore Frumentum flores egiſſe.

Fol. 170. Expoſitio Miſſae pariter ſine Autoris nomine, cujus initium: *Dicit apoſtolus ad epheſios VI°. Induite vos armaturam dei* &c. Inde tranſitur ad ſignificata Veſtimentorum ſacerdotalium et demum Actiones Sacrificii ſingillatim explanantur adjecta ſub finem ſuccincta Horarum Canonicarum notitia, quae terminatur:

Finito libro ſit laus et gloria chriſto.

DCCXXXIV.

818 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 286. 8. currente calamo, non tamen ab uno conſcriptus exhibet: I. *Sermones* ſacros in illud *Luc.* 16. *Factum eſt autem ut moreretur Mendicus* &c. ſeu de poenis Inferni, in Nativitatem Chriſti, in Epiphaniam, Purificationem B. V. Aſſumtionem, Nativitatem.

II. *fol.* 50. p. 2. *Incipit tractatus Magiſtri Johannis abbatis in*